Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36815
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

22

sed aut ui a propria sede pulsus. aut necessitate coactus. aut utilitate
loci aut populi. non superbe set humiliter ab aliis translatus et introniçatus est. Non ergo
mutat sedem qui non mutat mentem nec mutat ciuitatem. qui non sua sponte set consilio et
electione aliorum mutatur. Item. Sic episcopi habent potestatem regulariter ordinare
episcopos et reliquos sacerdotes. sic quotiens aut necessitas [utilitas] poposcerit. supra dicto modo et mu-
tare et introniçare habent potestatem. Item. Quemadmodum iannes et mambres
restiterunt ueritati. sic illi mente reprobi amantes uoluntatem magis quam dominum
eis qui episcopum non habent et sacro episcopali indigent ministerio. episcopum de alia causa [ciuitate]
necessitatis uel utilitatis tribui. et episcopis persecutionem aut necessitatem patientibus
aliam kathedram dari negant. et tradicione et iam sacre scripture que testantur malle
dominum misericordiam quam sacrificium. Utrisque. autem idem et famem uerbi dei. et episcopis necessitatem
patientibus. quando inthroniçantur propter communem utilitatem in aliis ciuitatibus
non modica exhibetur misericordia. negantes autem hoc licere speciem habeant pietatis. uir-
tutem tamen eius abnegant. pia in tali negotio per sapientiam non agnoscimus. Item.
Iniquus sapientium quos insipientibus tempestatis huius procella sociauit aliis auctoribus
facinorum participatione maculatur splendor sapientis. et si communionem crimi-
num incurrit nescit tamen ducem se prebere peccantibus. Item. Auaricie cau-
sa uel presumptionis aut proprie uoluntatis non sunt episcopi mutandi
de ciuitate in ciuitatem. Item. Facta subditorum iudicantur
a nobis. nostra autem iudicat deus. Deteriores sunt qui uitam moresque bo-
norum corrumpunt. his qui substantias aliorum prediaque diripiunt.
Veteri lege habetur. quicumque sacerdotibus non obtemperassent. aut
extra castra positus lapidabatur a populo. aut gladio ceruice subie-
cta contemptum expiabat cruore. nunc uero inobediens spirituali animad-
uersione truncatur. aut electus de ecclesia rabido demonum ore
decerpitur. Item. Vos qui in specula a domino estis constituti com-
primere et repellere eos debetis qui fratribus insidias preparant. aut
in eos seditiones et scandala excitant. Fabianus papa omnibus
ministris ecclesie in epistola iiii his preceptis. Consequens est
debere uos scire que apud romanam in sacro aguntur
[illegible] ecclesiam. ut eius sequentes exempla eius filii ueri inueniami-
ni. que mater est uestra uocata ecclesia. Item. Omnes qui in catholica
fide suspecti sunt in accusatione recte credentium non suscipian-
tur. quia suspiciosi semper sunt amouendi. Item. Illi cumque